

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione  
Saxoniae**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1527**

De cruce

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93298)

somniant, credere esse id, quod tenere  
historiam de Christo, eaq; cognita iu-  
stificari homines. Verum hi longe aber-  
rant. Nam ea demum fides iustificat,  
quã credit remissionẽ peccatorũ. Ideo  
in enarratione symboli iubeant ad eum  
articulum respici, Credo remissionem  
peccatorum, ad illum omneis articulos  
superiores conferendos esse doceant.

D E C R V C E

Haftenus tradidimus doctrinã iusti-  
ficationis, nunc de fructibus dicemus.  
Iustificatur enim homo per fidem, non  
ex humanis meritis seu operibus. Sed  
fides non est nisi in corde contrito, seu  
mortificato, seu agente pœnitentiam.  
Ita contritio, seu pœnitentia præcedit  
fidem. Nunc de cruce dicemus. Primũ  
docendi sunt homines, omneis afflictio-  
nes corporales & spirituales, malam ua-  
letudinẽ, inopiam, & similia esse opera  
Dei, sic ut Hier. docet Thren. 5. Quis  
est qui dixerit, ut fieret domino non iu-  
bente? Ex ore altissimi nõne egreden-  
tur bona & mala?

Secundo, doceant, propter quam cau-  
sam



sam Deus nos affligat. Affligit em̄ nos,  
ut prouocet ad pœnitentiam. Nam af-  
flictiones sunt partes legis, & pœnæ  
pro peccatis nostris irrogatæ. Sed sicut  
lex non arguit nos ut perdat. Sic Pau-  
lus ait: Conclufit omnia sub peccatum,  
nō ut perdat, sed ut omniū misereatur.  
Item nolo mortem peccatorum. Ita af-  
flictiones arguunt nos, ut prouocēt ad  
pœnitentiã. Ideo dixit Salomon: Quē  
diligit Deus, corripit. & Paulus: Dum  
iudicamur, corripimur. Sunt exempla  
recitanda Dauid, qui ait: Bonum mihi,  
quod humiliasti me, ut discerem iustifi-  
cationes tuas. Item Manasse, 2. Paral. 33.  
qui postquã coangustatus est, orauit  
dominum Deum suum, & egit pœni-  
tentiam ualde coram Deo patrum suor-  
rum, deprecatus est eum, & obsecrauit  
intente, & audiuit orationem eius. Item  
alia multa ex scripturis petenda sunt.

Tertio, in pœna seu afflictione præ-  
standa est patientia, id est, non debe-  
mus irasci, seu maledicere deo, sicut  
Israëlitæ in exitu murmurabant aduer-  
sus deum. Sed potius debemus agno-  
scere



scere & fateri, quod eiusmodi poenam  
meriti sumus pro peccatis nostris. Nos  
enim sumus adiudicati morti. Ita Da-  
uid praestat patientiam dum ait, Prae-  
cipit ei Dominus, ut malediceret. Et debe-  
mus deo gratias agere, quod nos per  
hanc occasionem ad poenitentiam uocat.

Quarto, nihil horum, quae supra dici-  
mus in afflictione, satis est praestare, sed  
oportet accedere ad id, quod summum est,  
scilicet, orationem & inuocationem Dei, ut  
Deus aut gubernet, aut liberet ab hac  
afflictione, sicut scriptum est Psal. 49. Inuo-  
ca me in die tribulationis. Huc igitur locum  
de oratione diligenter inculcet populo.

#### DE ORATIONE.

Oratio est petere aliquid à deo, aut  
Deo pro accepto beneficio gratias age-  
re. Sunt autem haec tradenda de oratione.

Primum, quod Deus non tantum per-  
mittit orari, sed etiam praecipit, Lucae 18.  
sicut praecipit, nos non facere eadem,  
non moechari. Proinde sicut peccant,  
qui eadem faciunt, qui furantur, &c.  
ita peccant etiam, qui nunquam orant.  
Hic exaggeranda est magnitudo diuinae  
bonitatis,